



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 44. Hildesheimensium LÜtheranorum tumultus contra Catholicos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII. aut officiorum distributionem præpe-
 A. C. 1727. dire ullo pacto possit. X. Comes præ-
 ter prædictam fidei præstationem ab
 Abbate ejusque subditis homagium,
 aut a Vadegotianis, Busheimensibus,
 & Enzheimensibus (excepta communi
 gravique necessitate, & tunc non ali-
 ter, quam consentiente Abbate, &
 juxta æquam proportionem & repartitionem) opera servilia exigere nequeat.
 XI. Cuncta vero, quæ hic stabilitas
 adversantur, & præcipue homagium
 a subditis vi extortum, necnon du-
 rante hac lite & Anno 1715. per car-
 ceris pœnas extortæ promissiones seu
 reversales omnino irritæ ac nullæ sint,
 & mulctæ *via executionis* obtentæ resti-
 tuantur. XII. Si vero alterutra liti-
 gantium pars his pactis non steterit,
 decem auri marcarum pœnæ subjaceat.

Enimvero Comes se hac sententia
 graviter læsum denuo querebatur; in
 nullo tamen adversus hoc Monasterium
 prævaluit, eo quod æquitas causæ &
 sententiæ justitia Abbati nimis aperte
 patrocinaretur.

§. XLIV.

*Hildesheimensium Lutheranorum tu-
 multus contra Catholicos.*

Hoc

Hoc item anno Hildesheimenses Lutherani occasione studiose quæsitæ Catholicos iterato vexabant; Res ita accidit: Jam Anno 992. intra Urbis mœnia S. Godoradus Hildesimensis Antistes Monasterium Benedictinorum condiderat, in quo Monastica disciplina non sine maxima proximi utilitate per plurima sæcula floruit, ac Monachi suis juribus bonisque ab omni molestia vacui potiti sunt. Postquam vero Lutheri venenum has quoque Provincias infecerat, Religionum diversitas animorum quoque dissensionem & funestam bonorum divisionem invexit, ac sinceræ concordie nexum intercidit; Dividebatur præ ceteris Hildesheimii spatiosum quoddam ante Ecclesie Abbatialis fores atrium, ita, ut una pars Abbatie esset, alteram vero Urbs ac Lutherani Cives sibi vendicarent: Pro more veteri, & antiqua juris possessione Monachi per hoc atrium solemnem in octava Corporis Christi die supplicationem circumducebant; hoc autem anno die decima quinta Julii plateæ, per quas processio incederet, floribus pro more sternebantur, & habita mane ad populum concione Ecclesiastes reverentiam, quæ Christo in Eucharistia deberetur, necnon injuriarum, quæ tam ab A catholicis quam tepidis

Sæc. XVIII.

A. D. 1727.

Annal. Bened. Mabill.
t. 4. pag. 71.

Sæc. XVIII. Catholicis inferretur, gravibus verbis
 A. C. 1727. exposuit. His æquam tumultuandi au-
 fam sibi præberi existimabant Lutherani,
 seque contumeliose habitos esse, per-
 peram caussabantur: cum ergo Abbas
 Sacratissimam Hostiam eadem die de-
 ferret, eamque summa pietate frequen-
 tissimum supplicantium agmen comita-
 retur, ex Lutheranis non pauci cooperto
 capite adstabant, ac rusticos precato-
 riis suis coronis instructos, alternatim-
 que orationem Dominicam, & Ange-
 licam devote recitantes petulanter non
 modo sibilis, sed & convitiis explode-
 bant: Monebantur a Catholicis, ut
 vel inde recederent, aut detecto ca-
 pite, & reverentia, qua par esset, sal-
 tem exterius exhibita assisterent. Sed
 surdis canebant; quippe a proterva ir-
 risione sibi adeo non temperarunt, ut
 etiam agglomerati viam, per quam
 supplicantes incederent, obsiderent,
 & prætereuntes sisterent, ac nequidem
 rogati aut cedere, aut capita detegere
 vellent: unde factum, ut ex rusticis
 quidam gressum promovens, casu cu-
 jusdam obsistentis Lutherani pedem sui
 pedis planta calcaret, & calcei fibu-
 lam confringeret, concitato autem
 strepitu alius erecto baculo silentium
 præciperet. Tum vero velut dato clas-
 sico Lutherani in inermes, & nonnisi glo-

globulis precatoriis munitos deba-
 chari, minas jactare, & tumultuario
 impetu innoxios insequi; ægre rusti-
 corum potissimum ad quemdam hortum
 monasterio contiguum aufugere, por-
 tamque a tergo claudere poterant. Nec
 ibi a violentia immunes erant, sed la-
 pidibus impetiti, eorumque non pauci
 graviter vulnerati, vim vi repellere co-
 gebantur. Comperta hac violentia
 Hildesienfis Episcopi Marescallus Ma-
 gistratum Urbis rogabat, ut tumul-
 tuantes immisso milite dispergeret,
 atque in rixæ Auctores inquireret:
 Capiuntur etiam nonnulli Cives Luthe-
 rani, qui publicum Religionis exerci-
 tium studiose concitato ejusmodi tu-
 multu perturbasse accusabantur: Ast
 hac inquisitione admodum segniter in-
 situta, Magistratus tam luculenter of-
 ficio suo defuit, ut Episcopalis Sena-
 tus petere cogeretur, quatenus Luthe-
 rani quempiam ex suis deputarent,
 quo præsentem & junctam cum Episcopali
 Deputato opera juxta juris præscriptum
 inquisitio fieret, Magistratus vero suis
 Civibus, aliisque jure Civitatis donatis
 præciperet, ut citati comparerent. Hoc
 pacto totam hostilitatis culpam & caus-
 sam in Lutheranos devolvi, probe pro-
 spiciebat Magistratus, quocirca hanc
 inquisitionis normam constanter recu-

Sæc. XVIII.
 A. C. 1727.

Sæc. XVIII. fabat, caussatus, a Sigismundo Cæ-
 A. C. 1727. sare Urbi privilegium esse concessum,
 vi cujus Cives ad forensia judicia evo-
 care non liceret, sed eos in prima,
 ut vocant instantia esse judicandos.
 Dato hoc responso Magistratus omnes
 rixæ Auctores, quos captivos deti-
 nuerat, libertati restituit, *imposita cau-
 tione jurata de judicio sisti, & judicatum
 solvi.* Cum ergo Abbas & Catholici
 injurias sibi irrogatas Magistratus au-
 ctoritate reparari desperarent, ad Cæ-
 sareo-Aulicum Senatam confugere,
 & die quarta Decembris contra Lu-
 theranos ceu Religiosæ ac patriæ pa-
 cis, neqnon exercitii publici Religionis
 Catholicæ perturbatores ac demum
 contra Magistratum in puncto fractæ
 pacis publicæ & Religiosæ questi ex-
 posuerunt, in publica processione at-
 que in loco Monasterii Immunitate Ec-
 clesiastica donato vix auditam violen-
 tiam ab Hildesheimensibus fuisse ad-
 hibitam, Catholicos ergo humillime
 supplicare, ut ea, quæ Imperii legi-
 bus consona essent, decernerentur.
 Horum impunitas interim Lutheranos
 Cives ad acerbiora impulit molimina;
 Novi tumultus origo erat hæc: Jam
 ab antiquis temporibus Monasterium
 Benedictinorum S. Michaelis a Senatu
 Hildesienfi in campo, qui vulgo voca-
 batur

batur *Krayenberg*, extra Urbem jus pas-
 scendi emptione sibi comparaverat; hoc
 tamen jure aliquamdiu non utebatur;
 ne vero illud sponte abdicasse crederetur,
 hoc anno die decima tertia Augusti
 bubulcus vaccas eo in loco pas-
 tum ducebat. Eadem adhuc die Ma-
 gistratus quosdam emisit, qui duas
 vaccas pignorarentur, quo comperto
 Abbas contra illos, qui pascuis præ-
 erant, de illato damno ac injuria apud
 Episcopalem Curiam Steyerwaldensem
 querebatur: His ergo a Prætoribus in-
 junctum, ut Monasterio vel ambas
 vaccas restituerent, vel rationem red-
 dituri in Curia die duodecima Septem-
 bris comparerent: neutrum Magistrati
 placuit, quapropter Prætor repig-
 norationis jure uti coactus, die deci-
 ma septima Augusti tres oves & hir-
 cum a civitatis pascuis abigi jussit.
 Nec tamen propterea Magistratus ab-
 latis vaccas Monasterio restituit; a-
 criori igitur remedio opus erat, unde
 Prætoris jussu Apparitor novem aliis
 Viris stipatus die vigesima tertia Au-
 gusti quatuor vaccas a pascuis, Steyer-
 waldum ad Curiam abduxit. Nec ta-
 men hac via Magistratus ad saniora
 reduci poterat, sed potius eo saltem
 connivente Lutherani cives turmatim
 confluxere, & Monasterium inter hor-
 rendas

Sæc. XVIII.

A. C. 1727.

Sæc. XVIII. A. C. 1727. rendas contra fidem Catholicam blas-
phemias, & convitia in Monachos &
Catholicos effusa castrorum more cir-
cumsederunt, procaciter postulantes,
 ut Abbas illis emptionis factæ syngra-
 pham exhiberet: Nimis petulans erat
 hæc petitio, ut privatæ eorum impor-
 tunitati cederetur, nihilominus Ab-
 bas, ut ipsorum impudentiam Chri-
 stiana moderatione vinceret, quatuor
 illas vaccas eis restitui iussit, quo facto
 Cives, qui Monasterium obsederant,
 inde recessere: Paulopost tamen rur-
 sus magno numero undique & per no-
 vemdecim omnino dies Monasterio assi-
 debant, atque in contemptum Religio-
 nis Catholicæ innumera pene convitia
 & probra continuo effundebant, tam
 arcte Monasterium cingentes, ut aditu
 atque egressu omnibus denegato Mo-
 nachi ceterique Abbatix famuli ferme
 inedia perirent, atque Lutheranos opi-
 fices, qui intra Monasterii septa Reli-
 giosorum ære sustentabantur, dimit-
 tere cogentur: Nec hic stetit eorum
 protervia; cum enim Abbatix subditi
 vicem Monachorum dolentes vim vi
 repellere niterentur, Lutherani numero
 superiores lapidum jactu, aliisque ar-
 mis non paucos ex Catholicis graviter
 vulnerarunt, & quotidie verberibus
 acceptis æque ac illatis fædum in mo-
 dum